



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

De iurisdictione certo modo secularium in personas ecclesiasticas. cap.
xxxvi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

bat libertatem ecclesiarum, & dicitur facere iniuriam ecclesiarum
vniuersali, c. quoniam, de immun. eccles. lib. vi. Ex prædi-
ctis concludo secundum communem opinionem docto-
rum quod sit contra libertatem ecclesiarum, quandoque vio-
latur priuilegium concessum super generali libertate ec-
clesiarum, & hoc siue violetur quoad omnes ecclesias, seu cle-
ricos, siue quoad vnā ecclesiam, vel clericum: quia om-
nes ecclesiarum sunt vna ecclesia, xxiii. q. j. c. loquitur, vbi li-
tera dicit: Episcopatus vnus est. & de summa Trinit. c. j. §.
vna. & in Clem. j. de senten. excomm. Secus de liberta-
te particularis ecclesiarum, i. non competenti ecclesiarum vniuer-
sali, vt patet ex prædictis. quod est diligenter notandum,
quia per prius non ita bene explicatum. In generali ergo
concessione facta populis super condendis legibus per l.
omnes populi, ff. de iusti. & iure, non intelligitur derogat-
um priuilegio tali ecclesiarum, vt in earum præiudicium
possint populi statuere. ad hoc ff. de offi. eius, cui manda-
ta est iurisdictio, l. j. in princ. l. sanctio legum, ff. de pæn. c.
cum instantia, de cens. regula, generali, de regu. iur. in vj.
& habitus clericali consistit in duobus, scilicet in tonsu-
ra, & vestibus, vt notatur in cap. j. de cleri. coniugat.
in vj. & vide Rotam in decisione ccij. & vide Philip-
pum Francum in d. c. j. & in d. c. iudex laicus. & vide ea,
quæ dixi in l. non debet actori licere, ff. de reg. iur. Et cle-
ricus incedens in habitu, & tonsura, si est in loco forensi,
probat se clericum ex suo iuramento, Panor. in c. ex par-
te, de priuilegijs. glo. in Clem. præfenti, de censib. De cle-
ricis relinquentibus habitum, dic. vbi dixi in d. l. non de-
bet, de reg. iur. vbi multa dixi in lectione mea.

DE IURISDICTIONE CERTO MO- do secularium in personas ecclesiasticas.

Cap. XXXVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Papa ex causa dat Principi potestatem iudicandi clericos.
- 2 Clericus falsum deponens in seculari iudicio à seculari iudice
puni potest.
- 3 Principes temporales habent potestatem includendi in con-
clauis

clausi debentes eligere summum Pontificem.

- 4 Negotiationum appellatione quid contineatur: Item & de commercio.
- 5 Clerici usurpare volentes Regiam iurisdictionem per iudicem secularem multari possunt.
- 6 Ab ecclesia subueniri indignum est, qui scandalum ibi commisit.
- 7 Receptans, defendens, vel occultans assassinos ipso iure sunt excommunicati.
- 8 Iudex laicus in clericos iurisdictionem habet, quando respectu certe cause iurisdictionem habet.



De iurisdictione in precedenti capitulo de libertate & immunitate ecclesiastica, & de privilegiis clericorum, nunc de potestate secularium super ecclesijs, & personis ecclesiasticis dicamus. ¶ quia Papa ex causa dat vni principi potestatem iudicandi de clericis certi loci, vel territorij: ad quod adduco Cardin. in c. perpendimus, de sententia excommunicati. vbi tenet, quod Papa non potest tollere privilegium clericorum, quoad forum, quod illud est de iure diuino, non ceremoniali, sed morali; contra quod Papa non dispensat, c. sunt quidam, xxv. q. j. Abbas in cap. ij. de maiori. & obed. hoc verum, quando id vellet facere ex toto: quoad vnum autem, vel quoad aliquos in particulari bene posset secundum Cardin. allegat c. lector, xxxiiij. distinct. quod notat Archidia. in d. c. sunt quidam, c. vnico, de cleri. coniuga. lib. vj. secundum eum. ¶ Item iudex secularis potest ciuilitur punire clericum in seculari iudicio falsum deponentem, text. in l. nullum, C. de testib. & ibi glo. Cyn. Bal. sed ego dubito. Item vbi ecclesiastica potestas deficit: quia hoc casu iudex laicus potest corrigere clericos, vt in c. principes seculi, xxij. q. v. & ibi glo. vt cum schisma faciunt, & non possunt ab ecclesia compesci, vt voluit glo. in c. tua, de deci, allegat text. in c. nec licuit, xvij. distinct. & est optimus text. & facit text. in c. de liguribus, xxij. quæst. v. & facit text. in c. vt fama, de sententia excommunicati. propter quod dicit Panorm. in c. tua, infra de deci.

deci. Quotiescunque fieret in ecclesia Dei schisma, si non
 posset sedari, possunt domini temporales se intrmittere,
 & facere dubium sopiri per ecclesiam. † Et principes tem-
 porales habent potestatem, vt debentes eligere summum
 Pontificem includantur in conclau, vt in c. vbi pericu-
 lum, de electio. in vj. & principes seculares acceperunt po-
 testatem a Deo principaliter, vt ecclesiam Dei iuuarent, &
 vt in suis necessitatibus ei subueniant, vt in d. c. principes,
 & in d. c. dicat aliquis, §. praterea, xxij. quest. v. & de hoc
 videbis (vt dixi) Panorm. in d. c. tua. Item in casu c. cum
 non ab homine, de iudicijs. Item in clerico ioculatore, qui
 anno elapso, & tertio monitus, non desistit, talis est ipso iu-
 re priuatus clericali priuilegio, tex. in c. vno, de vita & ho-
 nest. cler. lib. vj. (vt dixi in c. precedenti) quod procedit e-
 tiam in clerico in sacris ordinibus constituto, secundum
 Archi. & Domi. licet Ioan. Monachus contra. Sed dicit Ro-
 ta in dec. cccxlix. in antiquis, quod inter opiniones di-
 uersas prefertur opin. Archidiaconi. Item iudex secularis
 habet iurisdictionem contra clericos coniugatos non de-
 ferentes vestes, & tonsuram, vt in c. vno, de cler. coniuga-
 tis, lib. vj. quia tales non gaudent priuilegio clericali, vt
 per docto. ibi. Item in clerico in minoribus constituto, qui
 duas uxores habuit, vel cum vidua, aut corrupta contra-
 xit, quia talis subditus est coercioni fori secularis, vt in c.
 vno, de bigamis, in vj. & videbis circa bigamiam, docto.
 in d. c. vno. Item in d. c. j. de vita & honest. cleri. puniuntur
 clerici coniugati, & puniuntur, qui personaliter, & publi-
 ce carnificum, & tabernariorum officium exercent, qui
 per diocesanos nominati, & tertio moniti illud officium
 non dimittunt. Et in d. Clemen. textus excitat diocesanos
 contra clericos, qui seculares actus exercent. & videbis
 dictam Clementinam, quia coniugati perdunt omne pri-
 uilegium clericale; & non coniugati, si omnino vt laici
 incedant, quandiu premissis insisterint, eo ipso etiam per-
 dunt priuilegium clericale. & text. loquitur in macella-
 rijs, & tabernarijs. Et an habeat locum in alijs vilibus of-
 ficijs, vt aptare pelles, vel quid simile, glo. dicit, quod non.
 Cardin. contra. Imola tenet cum glo. sed ante monitione

non perdit priuilegium, & non sufficit vna monitio cum
 4 peremptorio, vt per doct. in d. Clemen. j. † Et appellatio
 ne negotiationum comprehenduntur lanificium, textu-
 ra, vel similia. Commertium dicitur mercatura, vt emen-
 do, vendendo, nauigando. Imol. in d. Clem. j. & terminatur
 est arbitriarius, vt per Cardi. in d. Clem. j. Item qui assum-
 pfit clericatum, postquam fuit captus à iudice seculari, effi-
 citur de foro seculari; est enim causa, & persona prauent-
 ta. Et in dubio id videtur fecisse in fraudem; vt ff. de his
 qui sibi mortem conscii. l. fin. ita Ioan. Andre. in c. vnico, de
 obli. ad ratio. & in c. Ioannes, de cler. coniug. & in c. ex parte,
 il. ij. de priuileg. & communiter Legistæ in l. pen. in c.
 noxa. causa agatur, & Barto. in l. j. ff. de pœnis. Secus
 tem, si ante iudicium inchoatum assumpfit clericatum,
 quia tunc coram ecclesiastico debet conueniri, postquam
 iudex laicus non prauenit, in c. proposuisti, de foro com-
 petenti. & l. si quis postea, ff. de iudi. Vbi verò post iudi-
 cium inchoatum coram iudice seculari efficitur clericus,
 sunt opiniones diuersæ, de quibus per Ioan. Andr. & doct.
 in d. c. vnico. Communiter tamen in hoc casu sequen-
 da debet fieri districtio per iudicem secularem, vt ponitur
 in carcerem, detinere, & similia. nec etiam aliqua execu-
 tio in personam clerici, nam clericatus eximit personam
 quoad omnem manus iniectionem, & districtiōem, sed
 non eximit causam à iurisdictione prauenientis, quoniam
 ipsius processum, & instantiam finiendam, & realiter quod
 ad bona exequenda; & sic erit iudex causæ, non personæ
 vt in isto habetur in c. sanè, de foro compet. Idem tenent
 Spec. in tit. de reo, vers. sed quid si est criminalis. & Arch.
 xj. q. j. c. j. vbi satis de hac materia. & vide, quod legitur,
 5 not. in l. hos accusare, §. j. ff. de accusa. & per Lucam de Pe-
 na in l. fin. C. de vetera. lib. xij. † Item vbi clerici volun-
 t usurpare iurisdictionem Regiam; nam tunc possunt mul-
 ctari per iudicem secularem. ad quod videtur facere,
 ex parte, de verb. signifi. vbi permittitur iudici defendere
 iurisdictionem, & territorium suum. facit tex. in c. di-
 lecte, de senten. excommun. lib. vj. iunctis nota. per Inno.

in c. olim. j. de restit. spoliat. & c. dilectus, de poenis. vbi dicitur, ordinario competere iurisdictionem in extraneos impediētes eius iurisdictionem. per d. c. j. de offi. delegat. faciunt notata in l. ij. ff. de iurisdic. om. iudi. Ideo dicebat Bal. in margarita, in verbo, iudex, quod iudex superior potest suam iurisdictionem defendere, etiam cum ense, & in bello. Item si clericus assumit administrationem, & officia laicorum, in quibus si delinquant, per iudicem secularem puniuntur, pro quo facit text. in c. sacerdotibus, ne cler. vel mon. secundum opinionem illorum, qui sumunt argum. ex illo text. quod iudex laicus auctoritate illius c. possit capere clericum privilegio clericali cessante, quia frustra inuocat auxilium legis, c. quia frustra, de usurarijs; & indignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos constat scandalū in ecclesia generari; vt in d. c. sacerdotibus. vbi dicit etiam rex. clerici si sunt negotiatores, vel procuratores laicorum, non est eis ab ecclesia subueniendum, si ex cupiditate hoc faciant; secus, si ex charitate. Sed tu vid. Panor. in d. c. sacerdotibus. Sed in foro ecclesiastico, & in negotijs ecclesiasticis potest clericus esse procurator laici; & sic non contradicit text. in c. Episcopus. vbi dicit litera: Episcopus, aut diaconus, aut sacerdos nequaquam seculi curas assumant; sin aliter, deiciantur, intellige, precedente trina monitione, vt per Panor. in d. c. sacerdotibus. quia vbique agitur ad poenam incurrendam, vna citatio peremptoria non sufficit. Item clericus, qui commisit assassinium, alias assassinium, potest criminaliter puniri per iudicem secularem absque alia degradatione per c. j. de homicin. vj. quia ipso iure videntur degradati. & de hoc vid. Hippolytum de Marilijs in l. vnus facinoris, §. cogniturum, ff. de quest. in xj. col. & vid. Paridem de Puteo in tractatu de syndi. in verbo, inquisitio, in vers. dicit constitutio regni. Et omnes docti in c. at si clerici, de iudi. dicunt, quod clericus assassinus potest impunē offendi. Et ibi dicit additio Abbatis: & Receptans assassinos, vel defendēs, vel occultans, siue sint clerici, siue laici, ipso iure sunt excommunicati. Et de isto enormi delicto dixi multa in libro meo de administratione iustitię in ij. parte, in reg. xxij.

Et in isto delicto punitur affectus, glo. in l. j. ff. quod quis
 que iuris. & dixi vbi supra. Item si clericus post assumptum
 clericatum immiscuit se enormitatibus, & sæuis, & diu
 illis perseverauit, habitu & tonsura dimissis. Si depre
 ditur in delicto tali, non potest se pro clerico defendere
 quominus per iudicem sæcularem puniatur. pro quo
 tex. singularis in c. ex parte, de priuil. & pro hoc etiam
 detur esse text. in c. perpendimus, de sentent. excommu
 secundum docto. ibi. & Ioan. And. inducit text. in c. vni
 de vita & honest. cler. lib. vj. & de hoc dixi in c. præceden
 ti. vbi videbis. Item notabis de clerico, qui relicto ordi
 clericali, & habitu suo in apostasia, tanquam laicus, con
 uersatur; quia si in crimine deprehensus fuerit, per ec
 siam non liberatur, sed per iudicem sæcularem puni
 per tex. secundum vnum intellectum in c. j. de apostasia
 idem in clerico in minoribus constituto, qui effectus
 les exercet arma: nam talis ipso facto perdit priuilegi
 clericale, secundum Inno. in c. j. & Panor. ibi. nam hoc
 ciendo exercet actum omnino contrarium clericatui.
 la verò militia secundum Panorm. non sufficeret, nisi
 erceret arma, vel sæua. Item nota de clerico arma milit
 deferente, qui si tertio monitus non desistit, perdit
 priuilegium clericale, vt in c. in audientia, de sententia
 commun. Adeo quod secundum Panorm. & docto.
 est opus alia degradatione, quia si monitus non de
 rit arma, est exutus omni priuilegio clericali, & relin
 tur iudicio sæculari. Et idem in clerico inhonestè
 te; quia si tertio monitus non se correxerit, perdit
 legiam clericale, c. contingit, ij. de sentent. excommu
 appellatione priuilegij clericalis intelligitur tam de pri
 legio personali, c. si quis suadente, quam de priuilegio
 ri, vt est glo. sing. in Clemen. j. de offi. ordin. & ibi Car.
 3 † Item iudex laicus habet iurisdictionē in clericos, quod
 do habet iurisdictionem respectu certæ causæ, quæ
 in clericis, etiam in præiudicium ordinariæ iurisdictionis
 Episcopi, vt expresse colligitur ex textu in c. cæterum
 iudi. Nam iurisdicctio respectu Feudi tributa est domini
 Feudi per legem ciuilem, vt in c. imperialem, de probat.

na feudi alienatione, per Fred. in libro feudorum. & nihilominus vendicat sibi locum in clericis actiue, & passiue. Itaque si laicus est dominus Feudi, habet iurisdictionem, etiam si vassalli sunt clerici, vt in d. c. ceterum, & ibi Panor. post alios. & in c. verum, de foro compet. vbi dicitur; Feudi questio debet terminari per dominum Feudi siue laicum, siue ecclesiasticum, & clericus recognoscit laicum in superiore ratione Feudi. & ibi vide Panor. & docto.

DE ECCLESIASTICO INTERDICTO. Cap. XXXVII.

S V M M A R I V M.

- 1 Interdictum ecclesiasticum quid sit, & in quo differat ab excommunicatione, & num. 2.
- 2 Sententia excommunicationis, interdicti, & suspensionis, in decem equiparantur, differunt etiam in alijs decem, & num. 6.
- 3 Solus Papa dispensare potest super irregularitate contracta ex diuinorum officiorum celebratione.
- 4 Suspensionum species quae, & quos sint, remissimè.
- 5 Generale interdictum quod dicatur, & quod speciale.
- 6 Suspendus ab ecclesia ingressu, in ea diuina celebrans est irregularis.
- 7 Quatuor sacramenta, à quolibet interdicto excepta censentur, & num. 10.
- 8 In quo differat cessatio à diuinis, & interdicti sententia.
- 9 Priuilegium canonicorum ecclesiae vltimè, quod sit.
- 10 Fieri non debet cessatio à diuinis, nisi ex legitima causa, quae vera, atque notoria sit.
- 11 De materia interdicti aliqua.
- 12 Excommunicatio non transit in tertiam personam.
- 13 Vtrum Episcopus à Pontificalibus suspendus, vel interdictus, sacerdos in officium exercendo fiat irregularis.
- 14 Casus prohibiti, & concessi tempore generali interdicti ecclesiastici, qui sint.